



194

L. VII 194



210/53

27 - 56

40
Sacra Hymenæa.

Doctis. & Excellentissimi Viri
D N.

MARTINI SCHEFFERI

GORLIC.

U. Medicinæ Doct.

Sponsi

&

Lectis. Venustis. q; Fœminæ

ANNÆ HENTSCHELIÆ

ANDRÆ HANECCII Civis in Rep.

Gorl. laudatis. relictae Viduæ

Sponsæ

ad

D. 15. Novemb. Anno Christi 1610.

celebrata

ac

Votivis amicorum benè cupientium

acclamationibus adornata.

In typographiâ JOHANNIS RHAMBÆ.
GORLICII.

10N 9045 972

Doct. & Exce. lib. V. in

Dr.

MATTHEI SCHERR

GORLITZ

M. M. M. M. M.

Spont.

Le. V. V. V. V. V.

ANDREAS HANBOLD

ANDREAS HANBOLD

Le. V. V. V. V. V.

Spont.

D. R. Novemb. Anno Christi 1810.

Spont.

V. V. V. V. V. V. V. V. V. V. V.

Le. V. V. V. V. V.

Geograph. Johannis Randa

GORLITZ

Anser nuptialis.

Extulit auricomus modò Martinalia Titan;
Et iecur in lances effudit stridulus anser:
Ta, Martine, novo petis omine nominis aram,
Atq; maritali subdis tua colla capistro.
Oscine felici quod fiat, & æthere fausto.
Sed scin', quod monitum tibi mysticus ingerat anser?
Olim servavit vigili Capitolia voce,
Proditor occulti fatali nocte pericli:
Excidit unde suis Gallus furialibus ausis.
Vos quoq;, si tumeat, Sponsi, torrentibus Orcus:
Seu caro, seu mundus, seu Demon spicula vibret,
In vestrum ruitura caput, vestrosve penates:
Innocuas adhibete preces: sic itur ad astra.
Cordicremi gemitus penetrant claustra in via cæli,
Christus uti clausis perruperat ostia portis.
Fulmina nil poterunt sic bruta, nec hosticus ardor.
Quid porro? celer (ut perhibetur) naribus auras
Haurit, & humanum longè presentit odorem,
Non hic frendenti vigor igneus obtigit apro.
Vos quoq;, vos Sponsi, cælestis balsama verbi
Excipite. Hoc recreat languentes molliter artus:
Et facit æternâ mortales vescier aurâ.
Tædia num moveat, quòd gratitat impiger anser?
Hoc stridore tamen mentem capit anseris anser,
Mutua cum socijs miscens & consona dicta.
Sic decet unanimis sermo & suadela maritos:
Verbaq;, consortis placidam demittere in aurem:
Non se vire animo, non ira ignoscere tædis.

*Dicere plura vetat Clio. Tu cetera nosti
Sponse: tenes hominum quid mentibus inserat anser:
Quam saepe in minimis lateant mysteria rebus!*

Caspar Dornavius D.

Ex Gellio de Laide.

Laide de Mima hæc, nisi quid te detinet audi.

Lais Meretrix Corinthia à nobilitate ex omni Græcia petita, sed quæ precium decem millium drachmarum peteret ab amante. Si Budeum sequor faciunt talentum, vel sexcentos coronatos. Hanc Clanculum adiit Demosthenes, & cum de precio minimè conveniret, delusa illa abiit, hac divina prolata sententia; Non emo decem drachm millibus pœnitentiam. Græca suavius sonant:

Οὐκ ὄνειμα μυρίων δραχμῶν μεταμέλῃαν.

Inter Græcorum Mimas celeberrima fertur
Lais, si vultum spectes, formamq; decentem.
Pluribus, haud usò fuit hæc contenta marito:
Immodicum jecur, & pecus insatiabile nummi.
Cum lucro ingenti cerritos reddidit omnes
Hæc lasciva, decem drachmarum millia poscens.
Non semper caro est emptæ in nidore voluptas,
Undiq; concurrunt pars nobilis Attica, rarum est
Carum, nos error recto de tramite pellit.
Noluit hunc captus decurrere piscis ad hamum
Rhetor Græcorum longè doctissimus ille,
Nodosam spernit corrupta dolore voluptas.
Sponsa tua est, superat sinceri pectoris ardor
Has Mimas, Catias, meretrices deniq; cunctas.
Forma animi puri primum laudatur honesta

Si decus

*Si decus accedat perituri corporis, ipsam
Tu Nympham cœli iurares sidere natam.
Hac ultro quintam partem tibi nectaris offert:
Non magno constat precio, prece candida parta est.
Vos tenet unus amor castus, mens una fidesq̃.
O res à summo veniens præclara Monarcha,
Coniugium placidum, cum re, cum prole, domoq̃
Quod suprema dies, & nœnia solvit amantum.
In mundo omne cadit nostrum, & mutatur in horas;
Tu Christum sequere; & certum voto pete finem.*

Franciscus Wendeler D.

Quò me, Phæbe, vocas tuis
Orbum deliciis? quos agor in sonos
Vecors voce novâ? quibus
Orsis egregii Pæonis audiat
Iucundum meditando jugum
Musis præcinere, ac auspicio DEI?
Dicam insigne, ferax, adhuc
Dicendum ore alio. Prò secus in libris
Exsomnia stupet belluo,
Flammæ despiciens, & nive candidas
Matres, ac prece servuli
Persuasam Lalagen: ut tibi prævio
Ignes & Cyprium nemus
Mirari libet. O Pimpleidum potens,
Divarumq̃ valentium
Offensas placidè jungere dexteris,
Nil tectum, aut facili dolo,
Nil lugubre loquar. dulce periculum est,
O Scheffere, sequi Deam
Cingentem lepto limina filio.

incuriosa Cura
Mich. Gehleri D.

Veratrum Brumale.

Cum furor accensa Iunonis Prætidæ æstro
Perculit: ut levi quærentes cornua fronte
Vaccarum simulatrices, & aratra timentes
Implerent passim falsis mugitibus agros:
Veratri exhibito succo, quod nobile germen
Flore novo rigida vestitur tempore brumæ,
Restituit menti sine more modoq; furentes:
Æstusq; avertit vates medicusq; Melampus.

Luxuriosus amor, cum tota per ossa calorem
Insinuans, penitus cæco exest igne medullas,
Est furor, aut certè furians insania sanos,
Ipsa hominum generi communis & ipsa ferarum:
Cui tantum vitæ possunt absumpta jugalis
(Quam rerum sanxit Genitor) veratra mederi.

Ergo Machaonia Martine insignis in arte,
Dum vitanda fugis: cæcum compefcis amorem,
In rabiem ne abeat, veratro: quod tibi lectum,
Non capite Aonii montis, non rupibus Oetæ,
Sive per Anticyram, sed Hanecca Cypridos horto,
Contractas jam Sole vias relegente dierum,
Peonios succos redi vivo flore ministrat.

O benè rem gestam! Medicus veratra propinat
Ipse reperta sibi: sed & ipsa haud inscia flamma,
Quæ tritum per iter repetit vestigia nota,
Sponsa suo inventum veratrum accommodat æstro.

Vivite felices Sponsi: medicina sit alter
Alterius: vestros Insania Litis amores
Ne dirimat: niveis alis Pax candida circum
Excubet: & (vati fas sit verare) quot annis
Induat in florem sese hoc Medicamen amoris.

M. Elias Cüchler P. C.
Præcept. Scholæ
patriæ.

Dn. MARTINO SCHEFFERO
Medicinæ Doctori excellentiss.

γλυκύπικρον.

HActenus ad radicem hæsit Virtutis Amaror:
Carpere nunc fructus Dulcor, & esse jubet.
Te nuper Basilæa novo maectavit honore,
Conatuq; tuo digna brabæa dedit.
Pro sexu decorata bonis, nunc ducitur Vxor,
Sedulitate, annis, dote, pudicitia.
Ægrosi qua datur, quæ in pristina potio vires
Reddat: quàm mellis, plus ea fellis habet.
Mulum aloës, non mellis inest (ne Sponse movere)
Conjugio: ne sis nescius, edit Amor.
Dulcor-amarus Amor-celebs, vel amarior esto,
Sincerum in socio quem reperire toro est.
Talibus auspiciis vis morbum inopina minatur
Sponse, cum thalamo sacra paranda forent,
Dulcor amarescit, dulcescit amaror utring;
Frigida calfactis cedere nempe solent.
Hæc non succedunt? Isdem curanda: fluentis
Sic formidatis auxiliantur aquæ.
Ominor eventum: ceu dulcia Conjugum acerbat,
Sic edulcabit sanus amara Sapor.
Fleverit haud semper Phæbus, neq; riserit agris,
Fœnore qui reddunt semina multiplici.
Nuptis Christe fave generando pignore: sed quod
Te, per amarorem, dulce merum sapiat.

M. Joannes Falkenhain.

ODA NUPTIALIS.

Hoc illa quondam vota Parentium,
Hoc entheus pulcri vigor ingeni,

Hoc

Hoc literarum p̄roma, conda.
Sedulitas ita postulabat:
Vt qui Secundo Numine praevio,
Reconditos grassatus ad artium
Esset recessus, quiq̄, Divi
Hippocratis, vigilem ad lucernam,
Secreta tentans, ingenium, abdita
Et ipsa morbi semina quareret,
Reciproco ipse iure tantis
Premia digna referret ausis.
Sic TE beavit aurea Faustitas,
Martine Scheffere, ardua portio
Chori Medentium. En Senatus
Ille Machaonius, per orbem,
Quem Fama clara laudis adora
Aeternitati consecrat, hic ubi
Rhenana Nais Rauracorum
Per medias agit incitato
Se fonte Athenas, debita agonibus
Brabea Apollinaribus addidit:
Vt calculi deliberato
Pondere iam Medica voceris
DOCTOR Scholæ. Quin iam data premia
Sat luculento Patria symbolo
Auget: Iehova liberali
Dum praeunte manu, beato
Lecti iugalis glutine destinat
ANNAM Tibi, ANNAM inquam, viduam quidem:
Sed Dædalocui Cypris ungue
Et Charites polière mores

Vultumq̄: opes cui divite Copia
Fudisse cornu dicitur: ipsaq̄,
Cui corda Virtus (si vel atra
Iudicet Invidia) occupavit.

O spon-

O sponſionem! ò SPONſE, Faventiam
Optabilem! Non dividua rotis,

Me-Chriſte ſortis iſta tanta
Munera, SPONſE, feruntur. Aſtra
Qui torquet: & cælo pluit imbribus
Latiffimis: uſus quibus indiget

AEvi huius: anni unius intra
Is ſpatium gemini extat auct̄or
Boni: Is ſacello nomen in arduo
Fama locavit: Is dedit entheâ

ANNAM manu, Hercule entheatam
Muneris Aoniꝝ Coronam.

SCHEFFERE DOCTOR diſcito iam tuam
Felicitatem. Te meritiffimum

Felicitatis Candidatum
Quilibet optimus eſtimabit.
Felicitatem hanc PATRIACivium
Splendore clara, claraq; pulpitis,

Quæ poſtquam Laurentianæ
Evepies, ſimul & tuentur
Meiſterix vim Phradmoſynes, canet

Gratante verſu: Huic vota ego carmine
Pauperculo addo: quæ vocati
Ipsa vicem ſubeant, locumq;.

Iſdem Calendis, ANNA Mihi HOPPIA
Quæis copulata eſt, ANNA Tibi HANKIA
Iam copulatur. Quod Meis Tu,

Immo quod Ipſe Meis precatu
Tedis vovebam, iam voveo: id Tibi
Nunc corde ab imo (quod bibat auribus

Non aſperis, tedas beare
Qui potis eſt) voveo, vovebo.

M. Caſp. Suevus Leorinus
Scholæ patriæ Rector.

B

Sponſis

Sponsis Novis S.

Συζυγίη ἤβης τῶν ἀγλαὸν ἀνθῶ ἐχόντων
 ῥίζα τε ἀτρεκέῳ ἢ μέγ' ἔρεισμα βίη.
 χεῖρες ὁμογενεές ἀλλήλοις ἢ πόδες εἰσιν,
 ἄτα τ' ἀλλήλοις, ὄμματά τ' ἀπλανέα.
 ζῶαί ἢ ἀνία ἐπιεφίξασι μερμηνάς.
 ζῶαί δ' εὐφροσύνη γλύσσονες ἀμφοτέροις
 συμφυέες μὲν σαρκί, φρεσίν δ' ὁμοφροδμονες ὄντες
 θήγασ' ἀλλήλοις τὸν πόθον εὐσεβίης.
 οἰκόν τ' εὖ θέντες, παλαμῆσι δὲ ζῶα καμόντες
 φεύγασιν χαλεπῆς πείρατ' ἀμηχανίης.
 ἀμφοτέροις δὲ πόθοιο σαοφροσύνηστε χαλινὸς
 ἢ Φιλίας τελέθει σφρηγὶς ὀμηλικίη.
 ὡς εἰσιν μάκαρες τοῖσ' τοῖ! ὑμετέρη δὲ
 συζυγίη δοίη τοῖάδε πάντα θεός.

M. Johannes Ludovicus.

*V*Xorem, MARTINE, refers te ducere velle
 Et me tædarum tempore adesse cupis.
 Sic! Res grata Deo est tædas ornare jugales
 Autor enim tanti fæderis ipse fuit.
 Ipse iugum tingit dulcedine, corcula nexu
 Firmat in abrupto, Duxq; Paterq; tori.
 Hinc ultrò tædis, hospes solennibus essem,
 Poscit, ut hoc veteris pignus, amicitia.
 Sed quoniam nequeo peregrè discedere, nec me
 Commisij officij, ius ratioq; sinit.
 Da veniam, nostriq; loco, quæ mittitur Oden
 Accipe, Apollinei gloria summa chori.
 Interea, tædis adsit DEVS ille DEORVM
 Atq; beæ lecti, fædera casta, novi

Christophorus Artomius
 Φιλίατρῶ F.

R Auraca quem summo tellus maētavit honore,
Premia dum duro digna labore tulit:
Gorlicium hunc iterum thalami dignatur honore
Summo: dum flammās SPONSA venusta movet.
Non reor esse: virum qui deneget esse beatum:
Quem duplex uno tempore servat honos.
Ergo sit SRONSO duplex, quoq; fructus honoris:
Sic merito ex omni parte beatus erit.

Veri amoris ergo f.

Laurentius Ludovicus.

I.

G Audia magna tibi MARTINI tempora gignunt;
Et spondent Superi gaudia magna tibi.
Nam tibi Sponsa datur verae pietatis amatrix;
Quae curas pellit, nam tibi Sponsa datur:
Sponse decus Medicum, talem ex osculare maritam;
Talem semper ama, Sponse decus Medicum:
Quae bona IOVA dabit si sanctè feceris illud,
Si benè prestiteris quae bona IOVA dabit:
Pignera IOVA dabit fuerit si strenuus ardor:
Si fuerit constans, pignera IOVA dabit:
Quid thalamus? nihil est, illi si pignera desunt;
Pignera si desunt quid thalamus? Nihil est:
Lumina solis amat mundus, hæc detrahe mundo,
Nil fuerit, mundus lumina Solis amat:
Pignera lectus amat, non dentur pignera lecto?
Perpol nullus erit, pignera lectus amat:
Vivite amore pares, vos o duo corcula Sponsum:
Seu benè seu malè sit, vivite amore pares.

II.

S CHEFFERE eximie in meis amicis,
Quem Virtus mihi junxit erudita,

B a

Primum

Primùm GORLICII, deinde ad Albim:

Dum bellam sociam tibi Deum Rex
Donat, quid voveam, rogo, precerue?

Pauca, more feram Sophis probato
Vobiscum maneat comâ virenti

Sancta pax, Opulentitasq, rerum,
Et Concordia præbitrix Bonorum:

Quam non perdere turba seculorum,
Quam non frangere lis acerba possit.

Quid possit melius brevi Phaleuco,

Tibi ferre Poëta-CHRISTIANVS,

Cuius tempora laurus haut honestat?

I I I.

Et castam, atq, piam, & formosam, deinde beatam

Divitiis IOVAE munere Sponse tenes:

Quid voveam? sat habes: sed votis addere vota

Mi volup est: sed tu consule vota boni.

Fac ut ames COSTAM, simul & fac amèris ab illa

Sic sat felices hocce & in altero eritis.

I V.

Vt faustitèr cedat rogo architectona,

Sancti ligamen coniugI:

IEHOVA nostris annuit suspiriis;

Et fausta sint hæc vincula

Mihi reponit; Quis recuset credere,

Qui veritas ipsissima.

Johannes Maior Gorlic.

Scholæ patriæ Collega.

Ad Sponsum.

SI qua meis numeris, vel vis, vel gratia si qua:
Quæ laudes memoret non mea Musa tuas?

Sed

Sed certè numeri numeris vix annumerandi,
 Quos docet ad calamum dia Thalia meum.
 Ergò meis votis, Sponse, indotatus abibis;
 Et non ex-vestri-surget Honoris ἐπιϑήκη?
 Invidia signum foret hoc; quæ nescia ferre,
 Alterius laudes crescere; & omne negat.
 O fortunatum, ò felicem, ò terq̃ beatum;
 Quem Pallas, Musa, quem Pataveus amat.
 Te lauro Phæbus donavit, te rude Docti;
 Quà Doctores volites docta per ora virum.
 Præterea & Iuno sacris præfecta maritis,
 Iam tibi nunc tædas, connubiumq̃ parat.
 Illa tibi Nympham sociali fœdere jungit,
 Nympham, quæ vix est pulchrior ipsa Venus.
 Hanc probitatis amor, vitæq̃ decentis honestas
 Ornat, & eximiâ cum pietate fides.
 Moribus hæc, formâ est, & honoribus ardua, gazis;
 Illius & corpus nulla litura notat.
 Quis non felicem, quis te non esse beatum;
 Quis te non natum dixerit esse Deo.
 Hos igitur Scheffere tuos jam grator honores,
 Musarumq̃ simul munera, mentis opes.
 Nunc tua præpetibus se gloria provehat alis,
 Nullaq̃ sit Fame nescia terra tuæ.
 Gratulor atq̃ tuis tædis, clarissime Sponse,
 Adq̃ precor thalamo prospera quæq̃ tuo.
 Vivite felices, latissima vivite secla,
 Quæ pius Isacides, quæq̃ peregit Abrams.
 Aurea conjugium firmans Concordia vobis
 Sit præstò, & thalamum cingat amœna quies.
 Hæc tria quæ vovi, Deus, est qui Trinus & Unus,
 Pluribus augmentet, prosperitetq̃ velim.

Georgius Cürstenius Gorl.
 patriæ Scholæ Collega.

Συναγαφία Epithalamij.

Flammigeri Phæbus qui frena capeſſit Olympi
Liquerat undiſon. cærule regna ſenis :
Atq; vigore ſuo genitalem infuderat auram :
Sparsaq; cæleſti rore madebat humus.
Iam propè Cretæ culmen ſuperæſtitit Ida,
Cum terræ vidit luxuriantis opes.
Hic thyma, Narciffuſq; micat, virideſq; amaranthi :
Illic purpureis lilia mixta roſis :
Parte aliâ ſurgunt nardi fragrantis ariſtæ :
Hic floſ Angelicæ, Marrubijq; viret.
Singula quid referam? discrimina mille colorum :
Formæ alternus honoſ; uſibus apta tamen.
Haſ inter medias canâ lanugine ſurgit
Herbula odorifluis conſpicienda comis.
Floſ eſt purpureus, folijs majoribus extat :
Apta ſed humanis uſibus eſſe ſolet.
Eijcit humores pravos, triſtemq; ſaburram :
Vipereo morſu vulnera facta levat.
Adde quod illa fera non eſt incognita capra :
Saucia quæ poſcit germinis hujus opem.
Hanc ubi vernantem Phæbus conſpexerat herbam :
Purpureo tales fudit ab ore ſonos.
Crefce, ait, ò nimium felix, & amabile germen :
Vulneris immenſi tu medicamen eris.
Sic ait auricomus mundi omnipotentis ocellus ;
Atq; iter igni vomis urget anhelus equis.
Intereâ peçtus quidam de gente ſenili
Saucius : (heu cæco vulnere tactus erat.)
Per juga, per ſylvas, per prata nitentia reptans
Hic faciem plantæ conſpicit, atq; decus.
Quid multa? evellitq; ſolo, laribusq; recondit :
Et lenit medicâ vulnera dira manu,

Ferrea

*Ferrea sed potuit non sic inflectere fata :
Herbula tam telum non levat ulla necis.
Planta sed interea fido viduata colono
Amisit succum, purpureumq; decus.
Ceu vidua in nudo vitis qua nascitur arvo,
Lata suum nunquam tollit ad astra caput.
Sic nutans tenerum deflectit pondere corpus :
Deciduisq; comis languida mæret humi.
Ast ubi bis totum spatij confecerat orbem
Cynthius, immitis bisq; recurrit hyems :
Germinis evulsi sortem miseratus iniquam
Respicit, & succos depluit inde novos.
Hausit ut humores, & pabula sœta recepit,
Assurgit folijs conspicienda novis.
Fallor? an interea Phæbi dilectus alumnus
Vulnere non certo saucius errat agris.
Candida carpentem plantas hunc vidit Oreas :
Hauserunt querulos Rauraca rura sonos.
Admonet hunc tandem Phæbus vestiget in Idæ
Germen : ut impositum spicula fixa trahat.
Quærit is, inventum membris accommodat agris :
Et dolor è lesò corpore tristis abit.
Ipsa secuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, & vires mox rediære novæ.
Tè scio Tiresiam; quare nil amplius addam :
Tu solves dubios, Frater amande, jocos.
Hoc voveo : plantam foveas humore, rigesq;
Ne Phæbi rapidis ictibus usta cadat.
Sed fœcunda olim plantas producat in auras :
Floridulisq; comis germina multa ferat.*

*Gregorius Schefferus Gorl.
Lusat. fraterni amoris
ergò faciebat,*

Gregorius, bellus Goll.
Lucei (Gregorius)
ego facio.

MDN 9045978

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006923 3